



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 25. Bellum inter Sueciæ & Daniæ Reges.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

manibus Nuntii Apostolici fecerat, rata Sæc. XVII.  
 haberetur, ea tamen lege, ut Præsul A.C. 1611.  
 in arce Salisburgensi pro Ordinis gradu,  
 in custodia bene decenterque habere-  
 tur, & Rudolphus ejus frater in bo-  
 norum suorum possessione quietus per-  
 maneret. Successerat Theodorico Mar-  
 cus Sitticus Comes de Hohen-Embs.

### §. XXV.

#### *Bellum inter Sueciæ & Daniæ Reges.*

Septentriones inter Reges Christia- *Merc. Gal-*  
*num IV. Danum, & Carolum IX. lobelg. an-*  
*Suecum temporis haud exigui dissidium <sup>nal. tom. 7.</sup>*  
*jam olim Stetinensi transactione sopi- <sup>l. I. & l. 34.</sup>*  
*tum hoc tandem anno mutuas in clades <sup>Appamian.</sup>*  
*gravius exarsit. Causa dissidii potissi- <sup>ad ann. 1611.</sup>*  
*ma erat Regni Nortwegici titulus a Sue- <sup>num. 4.</sup>*  
*co usurpatus, maris Curlandici, Ri-*  
*gensis & Baltici infestatio, Danicæque*  
*naves sæpius cursu prohibitæ ac de-*  
*tentæ, nec unquam redditæ, Lappo-*  
*num quoque, qui maritima Nortwegiæ*  
*incolunt, querelæ, ac denique illata a*  
*Gothicis Tributorum exactoribus vexa-*  
*tio. His irritatus Rex Daniæ Sueco*  
*bellum denuntiat, missio Nicolao Wah-*  
*lio fæciali, quem tamen Carolus, in*  
*contemptum denuntiationis factæ ca-*  
*ptivum detineri jussit: inde autem ira*  
*intensior Christianus, die secunda Maji*  
*con-*

Sæc. XVII. contracto exercitu ad Calamariam Au-  
A. C. 1611. stralis Gothiæ oppidum movit, illudque  
multorum dierum operoso Marte ce-  
pit, vicissim vero Carolus Christiano-  
poli doloso stratagemate potitus, ur-  
bem flammis absumpsit, & Calama-  
riam recuperavit, possessione tamen fer-  
me momentanea; quippe Dani gemina  
hac jactura magis irritati, confestim Go-  
thorum aggrediuntur classem, & captam  
diripiunt, eodemque fortunæ flantis  
impetu Calamariam urbem, arcem, &  
portum recuperant: nec hic steterat vi-  
ctoriæ cursus; victor enim miles Gold-  
burgum, Oelandiam, Bornholmiam  
que haud spernendas Baltici maris in-  
fulas Danorum armis & imperio sub-  
jicit, spectantibus hæc omnia cominus,  
eminusque tunc Suecis, atque ob vi-  
ctoriæ dissidentiam nec hosti resistere,  
nec oppressis suppetias ferre ausis. Ex-  
eunte Mense Augusto Carolus denuo  
certaminis fortunam tentabat, adver-  
sam tamen iterum expertus: unde  
novissimi prælia funesto successu in  
in rabiem actus, privati hominis more,  
missis literis Daniæ Regem ad singulare  
certamen provocat, quam tamen pro-  
vocationem Christianus epistola sat a-  
marulenta eluserat, eidem hæc prescri-  
bens: „Monomachia, quam offers, sat  
ridicula nobis videtur; scimus enim,  
te hoc

*Cluverius  
hist. rer.  
epit. p. 767.*

„te hoc ipso tempore a Deo adeo per- Sæc. XVII.  
 „cussum, ut ictus nostros præterea re- A. C. 1611.  
 „quirere haud deberes, sed calefactæ  
 „potius fornaculæ custos assidere, &  
 „frigus tuis in terris jamjam sœviens  
 „fugere tibi satius foret, imo præsta-  
 „bilior tibi esset Galenus aliquis, qui  
 „caput tibi, cerebrumque restitueret in  
 „integrum. Non erubescis, delire se-  
 „nex, iis, quibus in nos usus es, di-  
 „cteriis incessere caput in dignitate  
 „collocatum, hunc vero maledicendi  
 „modum non ab aliis, quam a rixosis  
 „aniculis ac scortis haufisti., Hæc  
 tam atrocia Carolus digerere adeo non  
 valuit, ut ad morbum articularem, se-  
 nectutem curasque bellicas, etiam acce-  
 dente convitorum sensu ac mærore, de-  
 cesserit die trigesima Octobris.

### §. XXVI.

#### *Hugonottarum Comitia Salmuriæ celebrata.*

Ineunte autumno Calvinistæ comitia Gramond.  
 sectæ suæ generalia per missos in Au- Hist. Gall.  
 lam Oratores importunius petebant, lib. I.  
 cumque eorum vires, quas non raro  
 minitabantur, turbatis Galliæ rebus,  
 ac Rege adhuc in pupillari ætate con-  
 stituto timerentur, cedendum erat eo-  
 rum audaciōri petitio, ea tamen lege,  
 ut